PROPOSI-
tiones Juridicœ
ex Imperiali-
bus Inſtitutio-
nibus De-
promptæ.

Ornatiſsimo Eruditiſsi-
meque Viro A. R. P. F.
Vincentio Montaner
P. C. P. L.

DE PATRIA POTESTATE

I. NON est magnopere ambigendum, quare; Juri vi cuius Descendentes ex Masculis Supremo Ascendentium Superstiti Subjiciuntur in ordine ad certos effectus à Jure Civili introductos nomine Patriæ Potestatis faveatur. Solidissima ratio in Palestra.

II.

PAtria Potestas, ex eo quod fundetur in ratione naturali non est Juris naturalis.

III.

QUOad Originem Patria Potestas est; Juris Civilis.

IV.

PAtria Potestas, efficit ut Filius non sit sui Juris; Sed ne sit Integra Persona, efficire nequit.

V.

Filius familias non est in Dominio Patris.

VI.

Filii nati ex Filio illegitimo', ſed ex Legitimis Nuptiis non transeunt in Potestatem Patriam Avi, qui non ex Legitimis Nuptiis, sed fornicariè genuit hunc Patrem. Sub Potestate Patris sui licet illegitimi immediatè Cadunt.

DE TUTELIS.

I. TUTELA eſt: Vis ac Poteſtas in capite libero ſui Juris, ad tuendum eum qui propter defectum ætatis ſe defendere nequit, Jure civili data, ac permiſa.

II.

INdubitabile eſt: hoc ſupremum Patrocinium, erga Orphanorum Perſonas, in Principe, ejuſque Magiſtratibus reſidere, ex ſpontanea acceptione ſub ejus Tutamine.

III.

TUtorum Etimologiam Alberici de Roſatis aſſerentis Tutores dici quaſi Tollitores, eo quod plerumque bona Pupillorum auferant, ac tollant, non audimus. Cum Paulo vero in lege 1. D. de Tut. illam amplectimur per quam Tutores dicuntur, quaſi Tuitores, & ita: A tuendo.

QUAS PUBCO. EXIBET
conflictui D. Antonius
Pomareda, Art. B. &
J. C. Prof. Præſide D.
Nemeſio Lopez Bueno J. P. B.
& Orcelitanæ Univerſitatis A-
cademico, Locus Deputatus,
ejuſdem Univerſitatis Thea-
trum. Die 10. Menſis
Februari Anni 1775.

Cum Fae S. Inquisitionis
Vt Balaguer C. Reg.
Vt. Dr. D. *Joſefus*
Mirambell, Rr.

R. 20.802

Viernes 10. alas 8 Delamañana.

M E C D 2016